



De  
SOLATIO JOBI,

Cap. XIX. v. 25. seqq.

Scio, quòd Redemptor meus vivit &c.

THESIS I.



Ullum efficacius solatium  
mortis tempore haberi potest,  
quàm spes futura resurrectionis.  
Si enim restituentur omnia, fa-  
cilis erit temporalis jactura.  
Si nunc corpus nostrum ψυ-  
χικόν affligitur morbis; tan-  
dem finis erit, cum resurget  
πνευμαϊκόν, ubi planctus in  
plausum, dolor omnis in jubi-  
lum commutabitur.

II.

Hoc considerans Beatus JOBUS, cum in summis an-  
gustiis esset constitutus, & ab amicis desertus, animum tan-  
dem sumsit, & recordatione lætæ resurrectionis semet ipsum  
sustentavit, quando C. 19. v. 25. in hæc verba erupit: *Scio,*  
*quòd Redemptor meus vivit, &c.* Quem textum hætenus Ec-  
clesia unanimi consensu de resuscitatione corporum, & se-  
cuturâ in cælis lætitiâ exposuit, ideoque omnibus afflictis  
diligenter inculcavit, ut testimonium fidei, fulcrum spei, &  
nucleum omnis solatii.

A 2

III. Re-